

DE  
MAGISTRATVVM

EDICTIS.  
TRACTATVS

Quatuor Libris distinctus.

Primo omnia, qua in Magistratibus, & Superioris in Regimine constituti persona.  
Secundo, qua in editione Legis, Edicti, Constitutionis, aut Pragmatica; Requiritur.  
Tertio Edicta magis usualia, practicable, ac necessaria pro opimo quolibet Regimine.  
Quarto quaedam particularia Edicta, qua a Principibus, & alijs, suis subditis fieri solent; Ponuntur.

CAMILLO BORRELLO

I. C. Equite Aurato, & Palatino Comite, Authore.

OMNIBVS, QVI AD REGENDOS POPVLOS PRAEPONVNTVR,  
ac etiam Aduocatis, & causarum Patronis; Ceterisque iura  
proficientibus valde utilis, & necessarius.

Vnicuique capiti Argumentum, Summarium, siue Epitome, & Axioma Edicti ad modum  
Legum Duodecim Tabularum, accesserunt.

*Cum Indice locupletissimo materiarum ordine Alphabetico disposito.*

AD ILLUSTRISSIMVM, ET EXCELLENTISS. D.  
DON IOANNEM ALFONSVM PIMENTELLIVM  
BENEVENTAE COMITEM.  
CVM PRIVILEGIIS, ET CONSENSV SUPERIORVM.



VENETIIS, Apud Iuntas. MDCXX.

*Ex libris don Antonij de Salazar*



ILLVSTRISSIMO,  
ET EXCELLENTISS. D.  
DON IOANNI ALFONSO PIMENTELLO  
BENEVENTAE COMITI.

Camillus Borrellus Iurisconsultus. F. D.

**T**HALES ille Milesius, ex septem illis Græciæ sapientibus vnus, dum quandoq; à quodam interrogaretur, an quæ homines in hoc Mundo agunt, & operantur, Dij scirent? Sapientissimè respondit, Non quæ agunt homines, Dij solummodo, sed quæ cogitant, sciunt. Quod responsum, non barbaro tunc Philosopho, sed Christiano Theologo dignum fuit. Diuinam enim, eo dicto, prouidentiam docuit. DEVS enim Optimus, Maximus, cum Mundum creauerit, necessario illum suo Imperio Regit, quia illo, & homine creato, quod essent valde bona confessus est, Mundi verò bonitas, in creatarum rerum varietate, in ordinem optimum redacta dispositione, in illarum plenitudine, in admirabili partium connexione, in ipsarum insimul conuenientia, aliquorum inter se, quam Græci, *συμμετρία*, & aliquarum repugnantia, quam iidem, *ἀρμονία* nominant, in earum proportione mirabili, qua illius pulchritudo emergit, vltimo in suauissima eiusdem prouidentia, qua eundem Mundum administrat, moderatur, & Regit. Vnde cum nihil eorum, quæ fecit, oderit, sed summo Amore diligat. Consequens est hominem etiam summa dilectione prosequi, cuius Imperio, & pedibus terrena omnia subiecit, corporatas enim res, & quæ sub sensum cadunt, ad hominum vsum, illiusq; commoditates à DEO ordinatas fuisse, & humanæ literæ, & sacræ docuerunt, Mundiq; ipsius vniuersitas ad ipsius DEI creatoris gloriam, & hominum vsum condita est. Ideoq; præclarum agens hanc Mundi molem, Machinamq; gubernans, portans omnia, vt Apostolus docet, verbo virtutis suæ, dicendum est, particularem curam Regum, ac Principum habere, vt qui dixerit ex eo Reges regnare, & Ideo DEI maiestati, cuius Rex, siue Princeps, viua, ac spirans imago dicitur, iniuriam facit, qui obsequium Regi, seu Principi non præstat, nam Israelitarum populus, cum Diuina institutione per Samuelem regebatur, & Regem ipso relicto nouum peterent, DEVS, inquit, Non te, sed me ipsum spreuerunt. Propterea Catholicissimi Reges nostri traditionum Diuinarum obseruantissimi Sanctæ CHRISTI Ecclesiæ

A 2 tutores,



# CAMILLI BORRELLI

I. C. EQVITIS AVRATI  
ET PALATINI COMITIS.

De Magistratum Edictis.

LIBER PRIMVS.

CAP. PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Magistratus subeuntes, litteras suæ potestatis ostendere debent. Vnde orta iurisdicção; Quo pacto à Populo Romano in Principem, in Reges, Principes, Barones, aliosq. iuridicos iurisdicção ipsa peruenerit; Quomodo officij possessionem quærant.

COMPENDIYM.

- 1 Virga Moysi versio in serpentem, data in potestatis symbolum.
- 2 Virga Regia potestatis sceptrum.
- 3 IESVS CHRISTVS a Patre potestatem se habere, docuit per miraculorum exhibitionem.
- 4 Petro a CHRISTO potestas tradita, dum dixit: Pasci oves meas.
- 5 Petrus morti proximus Clementem successorem creauit.
- 6 Formula, qua Cardinales Summo Pontifici potestatem tribuunt.
- 7 Clauem Pontificalium potestas qua? num. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.
- 12 Papa definit, quid sit peccatum, & quid sit iustum.
- 13 Ecclesiasticum imperium cum habeat Papa, illi parendum est.
- 15 Cardinales, Patriarchæ, aliq. Prælati, sua dignitatis codicillos ostendunt.
- 16 Imperii Electores ab Ecclesia Romana potestatem habent.
- 17 Cercus se pro magistratu, cum non sit, graue punitur.
- 18 Magistratus apud Romanos creabantur a Populo.
- 19 Eligendorum Magistratum Populo Romano a Romula potestas data, num. 24.
- 20 Censator, Magister populi appellabatur.
- 21 Valerius Publicola Consul legem tulit, ut qui ab alio,

- quam a Populo magistratum acciperet, sacer esset.
- 22 Pardsi Præci opinio declaratur.
- 23 Populi appellatione, & Patrij, & Plebei veniunt.
- 25 A populo potestas omni in unum Principem translata est.
- 26 Populus Romanus in Octauium potestatem primam trās tulit.
- 27 Octauius, quo die ex Oriente victor rediens Triumphum habuerit, & Ianportas occidit, & num. seq.
- 29 Omnibus Ianuarij Idib. Romani Ioui oves sacrificabāt.
- 30 Animalia alba Ioui sacrificabant Romani.
- 31 Monarchia status melior.
- 32 Potestas a Populo Principi translata an vero concessa.
- 33 Ante IESV CHRISTI aduentum, an liceret Populo Romano, potestatem Principi datam, reuocare.
- 34 Magistratum creatio ad Principis curam perinet, num. 36. 40. & 131.
- 35 Populus Romanus quandoque quam male potestatem Principi dederit.
- 37 Privatus iurisdictionem aliquam non tribuit, nec iuri publico derogat.
- 38 Privatus dicitur, qui officialis non est; aut qui dignitatem non habet.
- 39 Iurisdicção ordinaria a Principe, vel Republica, Lege, aut legitima consuetudine, & prescriptione quæritur.
- 41 Principes Duces, Marchiones, Comites, & Barones, magistratus creant.
- Intellectus Const. Regni. Ea qua ad speciale decus, & seq. ibid.
- 42 Potestas agentis prius inspicitur in humanis actibus.
- 43 Magistratus alicui loco deputatus, sua potestatis prius litteras ostendere cogitur, num. 44.
- 45 Præpositus a Principe sine litteris non creditur.
- 46 Magistratus ingressum Palatii Curia facere debet in quasi possessione officij si se esse dici vult.
- 47 Iurisdicção ordinaria non presumitur, nisi publica scriptura demonstratur.
- 48 In iurisdictione, qui se fundat, illam probare, & ostendere cogitur.
- 49 Regula Cancellaris Apostolicæ est, quod per Commissionem non intelligit collata Iurisdicção, nisi littera cõficiatur.
- 50 Afferenti se cum mandato Principis venisse non creditur.

A

iii